



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quæstio II. An illis verbis: Dominum Deum tuum adorabis & illi soli seruies:
excludatur cultus sanctorum?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

Quamuis hoc dissimular, de sola fiducia in Deum verba faciens. Quasi illudat & dicat. Tantā in Deum es fiducia, vt ex omni verbo Dei te viuere posses iactes, perstas in ea sententia, & te praecepit; quia scriptum est. Angelis suis mandauit de te, & in manibus tollent te. Tam poteris in lapsu sustineri ab angelis, quam absque eo viuere: Et dura te necessitas cogit, hic manenti famēs, & mors; illi inde prehensio examen, contumelia, cruciatus. Hæc erat futura, nisi Christus Deus fuisset, efficax tentatio, cum enim hominem animum demon aggreditur, facile in partem aliquam trahit.

Periculum
Christo
manente
&
se præci-
pante in-
tentat.

Demon
scriptura
abuitur.

Ex eadem
scriptura
contraria
conclusio-
nem.

Confiden-
tia per
hæreses
inducta
mores
corrumpit.

§. 3. Mitte te deorsum, inquit, & ecce proiec- tus, in her-
breo est, animam tuam, sensum Euangelistæ reddidit.
Insigne documentum, quomodo occurreretur illis
sit, qui scripturam ad perfidiam, aut scelera abutuntur.
Psalmo 9. 11. scriptum est. Quoniam angelus suus mandauit
de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis, in manibus porta-
bunt te, &c. Ex ea fideles concludunt; in vita nostra,
prosperis, aduersisque in Deo sperandam, in eius nos
tutela esse. At Satan aliud conficere satagit; in media
pericula, in gladios, & ignes illa se præsumptione v-
numquemque iactare posse. Pie igitur, pureque scri-
ptura tractanda est; non minora namque praua eius
interpretatio, quam ignoratio mala peperit. Nec au-
diendi hæretici in perniciem suam elogia Dei tor-
quentes, sed ex vera scripturæ intelligentia respon-
dendum est. Hanc confidentiam imitantur hæretici a
tentatore mutuati, fatetur hoc ipsum Bullingerus in
„multum hodie Ecclesiam vexat atque conturbat Sa-
„tan. Nam antequam illuxisset mundo Euangelium,
„in Papismo vexauit maiores nostros omnia, nunc ubi
„hæc per fulgorem euangelii dispulsa est, posteros val-
„de affligit infelicissima hæresis, quam & scripturis fir-
„missime confirmare videtur, hoc ferme modo; si fi-
„dem habes, filius Dei es, liberatus à peccato, morte &
„diabolo, fide viues: ergo fidei confisus, non est quod
„ulla cures bona opera, quibus neque eger Deus, neque
„his vitam æternam concedit. His addit multa euiden-
„tia scripturæ loca, quæ vt maxime Dei bonitatem erga
„nos commendant, quemadmodum & in Psal. 91. fieri
„videmus. Interea tamen confidentiam non tradunt.
„Huic tentationi similis est & illa, si electus es prædesti-
„natione Dei æterna, certissime saluaberis, vt ut in
„hisce terris geras: neque electione nullam vllis impe-
„trabis operibus. His subiunguntur testimonia, Ego
„cognoſco oues meas, & has nemo rapiet de manu
„mea. Non est volentis, neque currentis, sed Dei mise-
„rentis. Hisce multis in eam securitatem inducit, vt de
„sua salute nihil solliciti in vtramque aurem dormiant,
„fideique libertate prorsus abutantur, non fideles iam,
„sed homines prorsus confidentes, tandem & Epicuri
„dege porci.]

Hic fructus est noui Euangelii, quod ignorarunt
Patres nostri. Par omnino est confidentia eius, qui se
de angelorum adiutorio certus ex alto præcipitat, &
illius, qui iustitiæ, ita Dei, salutis securus sceleribus
indulget. Imo grauior est fiducia securitatis culpa:
Sibi enim non modo ad flagitia animos facit, impuni-
tatis, & certissima persuasione, sed magno
etiam impetu alios trahit.

VERSUS 8. 9. 10.

Iterum assumpsit eum diabolus in mon-
tem excelsum valde: & ostendit ei
omnia regna mundi, & gloriam
eorum, & dixit ei, Hæc omnia tibi
dabo, si cadens adoraueris me.

Tunc dicit ei Iesus, Vade Satana,
scriptum est enim, Dominum Deum
tuum adorabis: & illi soli serues.

QVÆSTIO I.

Quomodo ostendit?

§. 1. Difficultatis ratio ex Luca oritur: qui ait omnia
ostensa ei in momento temporis, in momento temporis;
quare putant vel imaginationi eius impressisse, vel o-
culis obieisse, vt vno momento cuncta cerneret, nec
regna modo, sed gloriam eorum: Caluinus factū esse
Dei dispensatione, vt Satan illi oculos stringeret, alii
in speculo, alii alio modo factum arbitrantur.

Quod momentum seu ὥρα appellat Euangeli-
sta, non opus est de tempore indiuisibili Mathematica
ἀκριβὲς ἐκλογὴ & subtilitate accipere, sed morali bre-
uitate, eaque quàm maxima. Sic enim latini loqui
conſueuerunt.

Quid enim? concurrebat, hora
Momento citamors venit, aut victoria lata.

Omnia regna mundi & plagas, & regna demon-
strat, Hinc Romanum opes, classes, exercitus, hinc
regnum Perficum, Indicum, & quam paucissimis ver-
bis exposuit, breui tempore.

Hæc promittit si cadens adoret, iam palam ad sce-
lus hortatur, vt si faciat, Christum esse non credat: Si
renuat, quasi telis suis inuulnerabilem deserat. Cui
Dominus iam plane victor responderet: Vade Satana:
alia exemplaria, quæ habent; ὁμολογῶ με, post me, incor-
rectiora sunt, aliunde huc transiit.

QVÆSTIO II.

An illis verbis, Dominum Deum tuum adorabis &
illi soli serues, excludatur cultus sanctorum?

§. 1. Deut. 6. 13. Non est particula, μόνω soli, Chri-
stus interpretatus est in eum modum, vt per-
spicua esset refutatio. Hinc omnes, vt Caluinus l. 1.
c. 12. §. 3. inſtit. Et quum Christus Satana in ſultum repellit
hoc clypeo, scriptum esse Dominum Deum tuum adorabis, non
veniebat nominatim in mentem latrā, Satan enim non nisi
ἐν ὁμολογίᾳ exigitur.

Beza non nisi duplicem cultum agnoſcit, ciuilem, Cultus san-
& religiosum, neutrum conuenire sanctis.

Res quidem clara est, & rem facile verba sequen-
tur. Honor, cultus, adoratio, alia religiosa est, vni soli
Deo, primo omnium principio, omnium fini vltimo
conueniens, nulli creaturæ, quantum uis insigni, con-
ueniens. Is honor si cuiusque deferatur alteri, scilicet
idololatriæ est: non damnatione modo, sed etiam mor-
te temporaria plectendum. Alius honor, cultus, ado-
ratio, est ciuilis, quæ viro forti, bene merito, patri, pa-
trono, senatori, consuli, principi regi deferatur, ob ciui-
lem aliquam, & in rebus humanis eminentiam. Et hæc nō
quidem in re inter nos cōuenit. Nos vero aliud genus
honoris, cultus, adorationis agnoſcimus, ab utroque
diuersum. Cum creaturam quampiam colimus, ado-
ramus, honoramus non ob ciuilem aliquam excellen-
tiam, sed ob gratias, & dona supernaturalia. Sic enim in sanctis
frequentem prophetas, & viros sanctos magno hono-
re prosequimur, ob magnas Dei dotes, quas in illis re-
lucere videmus. Honor ille diuinus non est, deferatur
enim vt creaturis, vt seruis Dei. Ciuilis non est; non
enim in illo spectatur dignitas politica, sed spiritalis.
Itaque si angelus alicui loquatur, honorare illum lice-
bit, nec tamen honor est ciuilis, Dei vnius honorem
λατρίαν vocamus, vt Aug. in Epist. ad Rom. aliū vero
Sanctis tribui solitum δαδρίαν, & interdū eius partem
ἐκδοδρίαν; non quod nō & λατρίαν creaturis deca-
mur, & δαδρίαν Deo; sed quod ea sit in Ecclesia cōſue-
tudo.

tudo loquedi, vt ex Augustino doceo in c. 1. ad Rom. Perspicuum igitur est: Veneratione sanctorum atque angelorum à nobis non peccari; quia nec adoratio- nem Deo debitam, nec seruitutem sanctis exhibemus. Nec est *sophisticum commentum*, vt Caluinus obicit: quia scriptura docet à sanctis & Deum, & homines adoratos, magna sine dubio differentia adorationis. Gen. 23. 7. & 27. 29. & 33. 3. & 49. 8. 2. Reg. 14. 4. & 16. 28. & 42. 21. & 3. Reg. 1. 16. a iter ergo scripturæ verba intelligenda sunt, cum dicat adoratum Deum, aliter, cum regem. Tam enim flagitium est, regum honorem tribuere Deo, quam Dei, egibus.

Obicit tamen Caluinus. *Argui finis illa verborum diffinitione reiecta Christus Θεοκύριον etiam vni Deo ven- dicat. quo commonetur, rei potius quam vocis rationem esse habendam quod agitur de cultu Dei. Scripturam Deum vnum colere iubet.*

Verissimum est sane vnum Deum colendum, sed cultu religioso, seu cultu Dei; parentes, & magistratus & amicos Dei sanctos alio cultu afficiunt.

Mhi vero ipso dæmone obstrictior Caluinus ap- parer, ille cessat, Caluinus constanter obicitur contra veritatem. Christus Θεοκύριον vni Deo vindicat, non omnem, sed eam, qua personæ adoratæ summum, in- dependentemque dominium agnoscimus. Talem sibi arrogabat diabolus, vel ipso Caluino teste. Nam etsi omnia nostra præsidia, opes, commoda in Dei benedictione con- stituimus: titillant tamen nos subinde & pellicunt sensus no-

strum di- stri ad querenda Satanae subsidia, ac si vnus Deus non sufficeret. Bona autem mundi pars Deo ius & imperium terræ abducens, reuocig.

Satanam sibi fingit bonorum omnium datorem. Vnde enim sit vt malis artibus, & rapinis & fraudibus fere omnes se adducant, nisi quod in Satanam transcribunt quod Dei proprium erat, sua benedictione ditare quos visum est? Ore quidem panem quotidianum dari sibi à Deo postulant, sed ore tenus: quia Sa- tanam præsumunt distribuendū totius mundi diuitiis.

Satan igitur tanquam Deus Θεοκύριον adorationem postulat, non vt seruus, non minorem latrā, sed æqualem Deo, si Caluino credimus. At vero Θεοκύριον nō soli Deo tribui, sicut nec Hebræum ΠΑΥΛΩ atque in ea re grauissime Caluini labi, mihi facile est docere, Gen. 19. 1. Lot Θεοκύριον pronus in ter- ram. Gen. 23. 7. Θεοκύριον τῷ λαῷ & 37. 6. & 3. Reg. 1. 16. & 2. Reg. 1. 2. & 14. 4. & 18. 21. & ibidem 28. & 24. 20. 1. Par. 21. 21. 2. Par. 24. 17. Illa vero Θεοκύριον verita non fuit, quia omnino alia fuit, ab hac, quam Luc. fer à Domino ex- git. Hæc de vero sensu huius scripturæ Augustini sententiā definienda relinquo. Is q. 61. in Gen. Exurgens autem Abraham adorauit populum terræ. Quæritur quomodo scriptum sit: Dominum Deum tuum ado- rabis, & illi soli seruias: cum Abraham sic honorauerit popu- lum quendam gentium, vt etiam adoraret. Sed animaduertend- dum est in eodem præcepto, non dictum Dominum Deum tuum solum adorabis: sicut dictum est, Et illi soli seruias: quod est Græce δουλεύεις. Talis enim seruitus non nisi Deo debetur. Vnde damnantur idololatra: id est, eiusmodi seruitutem exhi- bentes idoli, quæ debetur Deo.

Videatur idem de vera religione, c. vltimo.

§. 2. Duo Piscator his in verbis mouet; primum contra Pontificem, quem ait esse filium diaboli, quia ado- ratur, alterum contra adorationem carnis Christi, hoc ad Lutheranos præcipue pertinet.

Ad pontificem quod attinet: Eius adoratio non ad Deum potest referri, adoratur enim vt seruus Dei, vt Episcopus, vt Vicarius Christi: alioqui & Dauid, alique filii diaboli essent, quia adorabantur. Contra Lutheranos sic argumentatur. [Quam solus Deus adorandus sit: factum igitur docent, qui tra- dunt, adorandam esse carnem Christi: quippe quam certum sit, eam nem Christi non esse Deum, licet sit ca- ro Dei, nempe filii Dei, personali ter ei vnita. At perso-

Adami Conzen in Euang. Tom. I.

nalis vnio diuinæ & humanæ naturæ in Christo, non tollit, aut confundit earum proprietates, sed saluas re- linquit. Est autem adorabilitas non minus proprietas deitatis, quam omnia scientia, omnipotentia, omni- præsentia, æternitas. Adorandus est igitur Deus ma- nifestatus in carne: sed caro eius adoranda nō est. Sic- ut ciuilitate adoratur rex in capite gerens coronam vel diadema, nec sceptrum adoratur. Et pium demum Christum adorasse leguntur, quum cognouerunt eius deitatem; vt testantur hæc exempla: Cæcinati Ioh. 9. v. 35. 36. 37. 38. Petri, Luc. 9. v. 8. Illorum qui viderant le- sum ambulante super mare & illud tranquillante, Mat. 14. v. 33. Sanctarum mulierum quæ ipsum quæ- sierant in sepulchro, Mat. 28. 9. Apostolorum con- gregatorum in monte, quum Christus eis valediceret, ibid. v. 17. Thomæ videntis eum post resurrectionem, Ioh. 20. v. 28.]

Hæc Piscator miscens vera falsis; Vbi quitarios ta- men valide oppugnans, qui naturas imperite confun- dent. De adoratione humanitatis dixi c. 2. cum de adoratione magorum tractarem. In eo enim erat Pi- scator, quod carnem vt coniunctam improprie co- adorati negat. Recte vero Vbi quitarios oppugnat, qui ad Christi maiestatem pertinere arbitrantur, carnem Christi deificatam, omnipotentem, æternam, reali ar- tributorum diuinorum communicatione mutatam adorare.

§. 3. S. Augustinus contra Maximin. Arian. l. 3. c. 13. Hoc ex loco Arianos reprehendit, qui cum dicerent patrem maiorem, filium minorem Deum, eum tamen adorarent. Cum vero non sit dictum, soli sapienti patri: sed soli sapienti Deo: & Deus vnus sit ipsa trinitas, multo est faci- lior nobis huius solutio quæstionis: Vt sic intelligamus solum Deum sapientem, sicut intelleximus solum potentem, id est pa- trem & filium & Spiritum sanctum, qui est vnus & solus Deus, cui soli seruire iussi sumus: ne male intelligentes, vel potius non intelligentes, contra hoc præceptum facere videamur, quia & Domino Christo ea qua Deo debetur seruitutē seruimus.

Cum enim Ariani filium interdum Deum dici ca- tachrestice, ob sanctitatem, interdum creaturam di- cerent, aliquando creaturam negarent, vt cætera sunt creaturæ, tamen adorationem illi tribuebant, & la- triam, qualis vni & soli Deo conuenit. Itaque sibi ipsi repugnabant. Cur vero Christum adorandum esse concederent causa fuit, quod in scripturis, ita mani- feste adoratur, vt negare non possent.

Eodem etiam c. 23. repetit, Signanter autem sem- per ea sola seruitute non debere seruire filio, quæ soli Deo debetur, si filius non est Deus.

VERSUS II.

Tunc reliquit eum diabolus: & ecce an- geli accesserunt, & ministrabant ei.

QUESTIO I.

Quod ministerium angelorum?

§. 1. Vltori gratulantur, & plaudunt, ministrantes aspectabili forma, dapes adferunt, alia exhi- bent obsequia, non quod ille alieno ministerio ege- ret, sed quod obseruare Dominum illi debebant. cum enim omnia humana solatia decissent, Deus cælestes illi ex- cecutus misit, ex quo etiam constat, ante in ipso conflictu angelos abfuisse, vt solus ipse vinceret. Ma- gno solatio hoc omnibus fidelibus est, quibus dicitur, resistite diabolo, & fugiet à vobis. Iacob. 4.

VERSUS 12.

Cum autē audisset Iesus quod Ioannes traditus esset, secessit in Galileam.

F 3

QVÆ-